

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

VNIVERSIS, & singulis pre=
sens hoc publicũ Doctoratus
Priuilegiũ, uisuris, lecturis, &
audituris; NOS FRANCISCVS
DOGLIONI Nob: Bellunẽsis, I: V: D:
Canonic.ˢ Patauin.ˢ, & in Episcopatu Paduę
Eminẽtiss:, & Reuerẽdiss: Domini Domini
GEORGII, Miseratione Dña Basilicę
Sanctorũ Duodecim Apostolorũ de Vrbe Sã=
nctę R: E: Presbyteri Card: CORNELII,
DEI, & Apostolicę Sedis gr͞a Episcopi Pata=
uini, Comitisq; Saccẽsis, necnõ Generalis Pri=
uilegiati antiquiss: ac Celeberrimi Archigymna=
sij Patauini Apostolici Cancellarij dignissimi
Vicarius Generalis in Spiritualib.ˢ, &
temporalib.ˢ, Salutẽ in EO, qui est om=
nium uera Salus.

Gloriosa Sciẽtiarũ, ac bonarũ Artiũ
Mater Padua, cui.ˢ in tota Italia
Venerãda, Clarissimorũ Doctorũ
auctoritas, atq; peritia
syde=

ſydereis Virtutū omniū splēdorib⁹ obtinet Principatū, eos
dumtaxat ad summū Doctorat⁹ gradū, & Magisterij di=
gnitatē extollere consueuit, quos rigorosi examinis certamē,
& Virtutū excellētia, necnō meritorū copia, Laurea
Doctorat⁹ Corona, dignos exhibuerint. Quandoquidē
Maiorib⁹ nostris iuri consentaneū semper uisum fuit, unū=
quemq; prò meritis digna premia refferre. Propterea iure
optimo sancitū est, ut qui liberalib⁹ Artib⁹ Phil:, & Med:
omnē suã operã, & studiū impēderet, ij summa laude, &
honore, maximoq; Virtutis premio afficeretur, quatenus
eorū exēplo Posteri ad capescendā Virtutē, ac summe pro=
bitatis, & laudis dec⁹ honore, & gloria accēderetur.
Significam⁹ itaq; Vobis, & harum serie fidē facim⁹, &
attestamur, quod die infrascripto datarū presentium,
NOS Vicarius antedict⁹, auctoritate prefati Eminentiss:,
& Reuerēdiss: Dni Dni Cardinalis Episcopi Padue, ex
sua Pontificali dignitate cōpetēte, tã ex antiqua, & ap=
probata cōsuetudine Studij predicti, quã uigore Priuile=
giorū felicis recordationis Sanctiss: Dnorū Vrbani, IV:
Clementis :VI:, & Eugenij :IV: Sumorū Pōtificū,
qua fungimur in hac parte sub Regimine Illustriss:, &
Generosiss: Dni Dni IOANNIS ANTONII ab AVER
Nob: Tyrolēsis Phil:, & Med: Doctoris I: N: G: Arti: Cō=
silarij, ac Almę Vniuersitatis Dominorū Philosophorū, &
Medicorū Celeberrimi Patauini Archigymnasij ProSyndici
digniss: per Venerãdū Collegiū Excellētiss: Phil:, & Med:
Doctorū eiusdē Archigymnasij, Excellētiss: Phil: Doctorē
Dnum HYACINTHVM ZOPACKI Cracouiēsem
Doctoratū in Philosophia in Alma Vniuersitate Cracouiēsi
die 12. Ianuarij Anno Dni 1709. quondã Dni Hyacin=
thi Zopackj Filiū, qui post diligētē in Studijs operã, ac
meditationes assiduas, uariaq; eius probitatis, & eruditio=
nis documēta, ac uberrima testimonia Fidē Catholicam
uerbis iuxtà Bulle bonę memorię PII Papę. IV: tenorem
conceptis palã, & solemnitèr corã Nobis professus est à Pro=
motorib⁹ suis adductū, & Nobis oblatū, quò de eius Do=
ctrina periculū fieret locis ei (ut moris est) ad explicã=
dū prestitis in Medicina diligentèr, & acritèr exami=
nandū corã Nobis, & excutiendū curauim⁹. Qui in Pun=
ctis, seù textib⁹ explicãdis, argumētis tractãdis, questio=
ni=

nib⁹ soluēdis, & affectib⁹ ex tēpore propositis curãdis; in om=
ni deniq; sui periclitatione adeò egregie, prudētèr, doctè,
honorificè, laudabilitèr, excellentèr, & Doctoreo more se
gessit, talemq; ac tãtã ingenij, memorię, doctrinę, facūdię,
cęterarūq; rerum, quę in consumatiss: Medico requiri solent,
uim ostēdit, ut magnã sui expectationē, quã apud omnes
concitauerat, nō solum sustinuerit, sed etiã longissime superauerit.
Et ob eã rē ab omnib⁹ Excellētiss: dicti Sacri Collegij Doctori=
bus, ibidē continuò existētib⁹ in Medicina; Vnanimitèr &
Concorditèr, cūctisq; Suffragijs, ac eorum NEMINE
PENITVS, atq; PENITVS, penitusq; discrepante,
aùt dissētiēte, nec hesitãte quidem, idone⁹, & sufficien=
tiss: fuerit iudicat⁹, & approbat⁹, sicùt ex eorū oīum Votis
secreto in Scrutinio Nobis porrectis euidētèr, & perspicuè
cōstitit. NOS itaq; antiquã sequētes cōsuetudinē, & Priuile=
giorū Sētētiã Patauini Archigymnasij, habita ratione Sciētię,
dicēdi facultatis, methodi interpretãdi, morū, ac Virtutū,
(quorū oīum certiss: specimē explorat⁹, & pertētat⁹ dedit,)
de Cōsilio, & Sētētia oīum, & singulorū predicti Sacri Col=
legij Doctorū, & Professorū presentiū, ac postulãtiū, prò Tri=
bunali sedētes, eūdē Excellētiss: Phil: Doctorem Dominum
HYACINTHVM ZOPACKI, Virū quidē doctiss:, &
ita uniuersis naturę, Artisq; dotib⁹ ornatū, ut nihil ampli⁹ ei
deesse uideatur; Doctorē Medicinę, in DEI Nomine, ap=
probauim⁹, & approbatū esse uolum⁹ pronūciãtes, & decla=
rãtes, eū esse optimè habilē, idoneū, ac dignū munere, dignitate,
officio, & honore Doctorat⁹ in Medicina, ipsūq; continuò
Medicinę Doctorē fecim⁹ solemnitèr, & creauim⁹, ac per
presentes litteras facim⁹, & cream⁹; tribuētes ei, & cōcedē=
tes tãquã uerē idoneo, ac optimè digno, & ob hãc Promotionē,
ac Virtutē merito potestatē, & auctoritatē Cathedrã Magi=
stralē ascēdēdi, ac Insignia Doctorat⁹ à Promotorib⁹ suis pe=
tēdi, & recipiēdi, ac ipsis Preclariss:, & Excellētiss: Promotorib⁹
illa ipsi impertiēdi liberã facultatē, & pręterea eidē plenã,
in Domino; concedētes potestatē, & auctoritatē, ut de
cętero liberè possit hic, & ubiq; in toto Orbe Terrarum
priuatim, & publicè in Medicina legere, repetere, cōsulere,
docere, disputare, glossare, practicare, interpretari, quę=
stiones terminare, Scholas regere, Baccalaureos cōstituere,
omnib⁹q;, & singulis uti, & gaudere Priuilegijs, prerogati=
uis, exemptionib⁹, immunitatib⁹, libertatib⁹, cōcessionib⁹,
hono=



honorib:, fauorib:, gratijs, ac Indultis alijs quib:cūq; quocūq; nomine cēseātur; quib: Romanę Curię Parisiēsis, Salmaticēsis, Papiēsis, Bononiēsis, ac reliquorū omniū Studiorū Doctores, atq; Magistri, & quib:cūq; Apostolicis, & Imperialib:, seu alijs Ecclesiasticis, uel tēporalib: concessionib:, aut Indultis gaudēt, & utuntur, uel uti, & gaudere possūt, ac poterūt, iuxtà formā, ac tenorem Priuilegiorum Apostolicorū à memoratis olim Sumis Pontificib: huic Inclyto Studio, Almoq; Patauino Collegio concessorū absolutè. Quib: ità gestis, ac declaratis ut supra; Preclariss: & Excellentiss: Phil: & Med: Doctor Dn̄us Campolungus Campolungo Nob: Patauin:, in Patauino Archilyceo, ad Lecturā Tertij Libri Auicenne in 2:o loco Public: Professor, ac Promotor eiusdē in Medicina prōse, atq; alijs Preclariss:, & Exellentiss: Phil: & Med: Doctorib:: uidelicèt; Dn̄o Bernardino Ramacini Mutinēse Preside, ad Pract: Ord: Med: in p:o loco; Dn̄o Michaele Angelo Molineti Veneto, ad Anatom: Ord: in p:o loco; Dn̄o Antonio Vallisneri de Nobilib: de Vallisnera Regensi, ad Theor: Ord: Med: in 2:o loco; Dn̄o Antonio de Marchetis Nob: Patauino, ad Lect: Chirurg: Ordin: in p:o loco; Dn̄o Iacobo Viscardi Veneto, ad Anat: Ord: in 2:o loco; Professorib: deputatis; Memoratū Virum per suā luculētiss: Orationē petente, & acceptatē cōsuetis Insignib:, & Ornamētis Doctoralib: ibidē decorauit solemniter, & publicè insigniuit; tribuitq; ei Medicinę libros primo clausos, mox, & apertos; Annulūq; aureū digito ipsius indidit, ac Biretū Doctorale (pro Laurea Corona) capiti eius imposuit; Pacisq; Osculū eidem exhibuit cū Magistrali Benedictione. Sic itaq; sumā cū laude, ac honore plurimo predict: Excellētiss: Phil: Doctor Dn̄us HYACINTHUS ŁOPACKI, ad summum Doctorat: apicē in Medicina (DEO fauēte) peruenit. In quorū omniū, & singulorū suprascriptorū fidē ac testimoniū has Nostras patentes Priuilegij litteras manu Nostra subscriptas, & per Cancellariū Episcopalē cōfirmatas, ac prefati Eminētiss:, & Reuerēdiss: Dn̄i Dn̄i Cardinalis Episcopi Sigilli iussimus appēsione Communiri.

Datū, & actum Padue in Episcopali Palatio in loco solito examinū anno à CHRISTI Natiuitate MDCCXI: Indictione IIII: Die uerò Mercurij XXVIII: Mensis Ianuarij. Pontificat: autē Sanctiss: Dn̄i Nr̄i Dn̄i CLEMENTIS, Dna Prouid:a Papę XI: Anno XII. Presentib: Dn̄o Ioanne Baptista de Comitib: D: Petro Antonio Coller Patauinis, & alijs quamplurimis Viris Nobilib: testib: omnib: ad premissa uocatis, & rogatis. L: D: O: M:

L. F. Doglioni Can: V. Gl. ...

Prius hoc publicum Doctoratus in Medicina priuilegium D. Hiacynthi Łopacki nemine penitus dissentiente approbati subscripsi Ego Joannes Bertazzi Notarius Epalis Padue. Die 3 februarii 1711.

Auct: Illustriss:, et Excellentiss: D: D: Ress:, ac Almę Vniu: D: D: Artist:, Rocchus Maria Castelli Scriptor, & Miniator Deputatus, &c:





